

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. II. Quamvis in inferno pœna, debita peccato veniali non remisso,  
possit finiri, macula tamen semper permanent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

## Disput. 6. De Virtute Pœnitentia.

tio gratia est, & misericordia per Christum, quam non convenit fieri nisi illi, qui per gratiam habitualem est vivum membrum Christi.

**15.**  
Sicut ergo necessarium est credere, iuxta Trident. l. c. 6. c. 9. neque remitti, neque remissa fuisse umquam peccata mortalia, nisi gratia divina misericordia propter Christum, ita multum convenienter est, & p[ro]pter credi potest, neque remitti, neque umquam remissa fuisse peccata venialia, nisi gratia divina misericordia propter Christum. Nam de peccatis venialibus scriptum est 1. Joan. 1. v. 8. *Si dixierimus, quoniam peccatum non habemus; ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et continuo arteatur modus remissionis: *Si confiteamur peccata nostra, fideli est & influs, ut remittat nobis peccata nostra,* & emundet nos ab omni iniuritate. Ergo gratis fit remissio omnium peccatorum tam mortali-  
um, quam venialium.

**16.**  
Ex vero quod propter Christum, colligitur ex illis, quæ paucis interjectis subiiciuntur: *Si quis peccaverit, inquit Joannes in eadem Epist. c. 2. v. 1. & 2. ad vocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris &c.* Illa autem propitiatione indigni sunt, qui voluntarie permanent in statu peccati mortalis, tamquam capitales hostes Christi, & Dei.

Quapropter quod ait D. Augustinus Enchirid. c. 71. *De quotidiani autem brevibus levibus & peccatis, sine quibus hec vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit;* intellige de fidelibus iustis. Nam immediata sequitur: *Eorum est enim dicere: Pater noster qui es in celis, qui iam Patri tali regenerati sunt ex aqua & Spiritu Sancto. Delet omnino hec oratio minima & quotidiana peccata, si castera adsint, id est, si subiectum est debitum dispositum per gratiam iustificantem.* Unde quos hic vocat fidèles, superius lib. 21. de Civit. cap. 27. nominat iustos, ut sensus sit: *De quotidiani autem brevibus, levibusque peccatis, sine quibus etiam vita iustorum non ducitur, quotidiana eorum oratio satisfacit.*

Sed numquid haec oratio tantum delet minima & quotidiana peccata iustorum? *Delet & illa,* inquit Augustinus supra in Enchirid. *ad quam vita fidelium, seculare etiam gesta, sed ponitudo in melius mutata, discedit:* si quemadmodum veraciter dicitur, *Dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt, que dimittantur, ita veraciter dicitur:* *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, id est, si fiat quod dicitur.* Ergo Augustinus hoc loco non favet sententiae Hiquæ, ut ipse perperam existimat.

**17.**  
**Ultimum argumentum Hiquæ.** Nec quidquam probat ultimum ejus argumentum, quod proponit sub hac forma verborum: *Hæc, inquit, sententia est magis pia, & commendat divinam justitiam & misericordiam, & contraria retardaret à bono*

opere ob rigorem, si omnia opera peccatorum essent mortua quantum ad effectum satista-  
tionis.

Respondet, neutiquam retardare à bono solu-  
m opere; sed potius excitare ad illa bona opera,  
qua sunt necessaria ad remissionem peccati  
mortalis. ut sic etiam leviorum peccatorum  
veniam possint obtinere. Unde nostra senten-  
tia nihil derogat vel iustitie, vel misericor-  
diae divinae, qui enim non curat delectionem  
peccati mortalis, parum erit sollicitus pro de-  
lendis venialibus; neque concurrit, ut levio-  
res offensæ remittantur illi, qui non curat de  
remissione graviorum: illa siquidem incuria  
redit ipsum minus dignum tali remissione.  
Ex his sequitur

## CONCLUSIO II.

Quamvis in inferno pena, debita peccato veniali non remisso, possit finiri, macula tamen semper permanet.

**S**uppono, uti supposui præcedenti Conclu-  
sione, peccatum veniale, præter reatum le-  
gitimum, relinqueretur post se  
maculam habitualem; quod à posteriori factum  
manifeste colligitur ex universalis praxi Ec-  
clesiae, quæ imponit Pœnitentiam Sacra-  
mentalem præ solita venialibus confessi,  
& per absolutionem quoad culpam remisſi.

Ratio à priori est: quia peccatum veniale  
est vera & realis offensa Dei, iuxta illud Ia-  
cobi Apostoli cap. 3. v. 2. *In multis offendimus omnes.* Sicut ergo peccatum mortale, quia gra-  
vis offensa, relinquit post se maculam habi-  
tualem gravem; pari utique ratione pecca-  
tum veniale: quia levis offensa, relinquit post  
se maculam habitualem leuem. Utrumque ergo  
displacet Deo, quia per utrumque violatur  
lex Dei, adeoque est virtualis quidam con-  
tempus Dei, qui non potest ei non vere &  
realiter displicere, licet inæqualiter.

Suppono præterea, mōraliter non contin-  
gere, ut damnatus præter peccatum mortale  
actuale, quod est causa damnationis, non ha-  
beat aliquod peccatum veniale non remisſum  
quoad culpam, aut, si omnia remissa sint quo-  
ad culpam, pro quo non restat perfolvenda  
aliqua pena.

Hic suppositis, quæstio multum disputata  
inter Doctores Catholicos est, an pena, cor-  
respondens illi peccato, in inferno sit eterna, re-  
tardare à bono temporalis, ita quod aliquando acci-  
piat finem.

Et quamvis Doctor Angelicus 1. 2. q. 87.  
a. 5.

a. 3. ad 3. cum Doctore Seraphico 4. dist. 2. 1.  
p. 1. a. 1. q. 1. n. 10. afferat, pœnam istam per  
accidens esse æternam; nihilominus Doctori  
Subtili placuit opinio, quam ejus verbis hic  
subjicio: Dico ergo, quod peccato veniali, sive hic  
panendo, sive in inferno, sive alibi, non debetur nisi  
pœna temporalis nec per se, nec per accidens. Ratio-  
nem subiungit: Quia secundum se est talis offensa,  
qua scinduntur punitur per temporalem sufficientem.

Et occurrunt objectiones, que posse fieri ab  
inconvenienti. Nec, inquit, est in convenientiis pœ-  
nam debetam veniali, bâbore terminum in inferno:  
quia & verè penitentis primò (de peccato mor-  
tali in Sacramento Pœnitentiae) & partem  
penitentis imposita explesus, & ante totam exple-  
tam recidivans in mortale, & in illo mortali dece-  
das, pro parte Pœnitentie residua exsplendit sol-  
ita panam in inferno, sed non nisi temporalem;  
qui ex qua in remissione peccatorum priori, com-  
mutabatur debitum pœna æterna in debitum pœna  
temporalis, numquam iste est debitor pro illo (pec-  
catis) nisi pœna temporalis; & per conseq'vens pœna  
tutai soluta, erit liber ab iustis. Non tamen in in-  
ferno est redemptio illius, sed iudicet peccati, pro quo  
iste est damnatus; quia pro illo debitum pœna æter-  
na, numquam fuit commutatum in debitum pœna  
temporalis: & ideo semper manet illud debitum,  
si nūquā potest esse illa pœna tota soluta. Hæc  
Scotus de presenti controversia 4. distinct. 2. 1.  
q. 1. n. 6. verè, an falso, restat examinandum.

Fatetur Doctor Angelicus, quod æterni-  
tas pœne non responderet quantitatib[us] culpe ve-  
niens, sed irremissibilitati ipsius. Consentit  
Doctor Seraphicus, quod ratione adjuncta  
pœna illa erit æterna; non ratione ipsius culpe  
veniens: ergo convenientius cum Doctor Subtilis

in eo, quod peccato veniali in inferno non  
debetur nisi pœna temporalis per se.

Quod autem per accidens, sive propter con-  
junctionem cum peccato mortali, vel propter  
irremissibilitatem ipsius, puniatur pœna æter-  
na; Hor, inquit Scotus suprà n. 5. non intelligo;  
quia Deus semper puniri cœta condignum. Et ideo  
quod simpliciter secundum rigorem puniri usque ad  
condignum, omnino inutilum est pœna æterna  
infingere pro illo, cui secundum se debetur pœna  
temporalis, quantumcumque enim coniungatur alterius;  
huius non facit istud in infinitum exire istud genus  
culpe; ergo nec iuste correspondet sibi pœna in infini-  
tum excedens.

Quidquid sit an Deus posset absoluere pœ-  
niam peccatum veniale pœna æternā, quod  
ibi videtur negasse Doctor Subtilis; saltem  
de actuali voluntate puniendi, sive per se,  
sive per accidens, ex quo constat? Nam si  
affirmare (ut non semel ante dixi) est probare,  
negare est reprobare; maxime in his,  
qua pendent à libera voluntate Dei, uti est  
punire peccatum veniale in inferno pœna  
æternā, supposito quod possit ipsum punire  
pœna æternā. Non enim existimo, Docto-

res illos Eximios voluisse Dei potentiam ita  
coarctare, ut velit nolit debeat infligere pœ-  
nam æternam.

Ex quo ergo ratione, vel auctoritate pro-  
batur, Deum voluisse infligere pœnam æter-  
nam? Sanè dignitas pœna non crescit ex con-  
ditione persona; nisi quando illa conditio  
aggravat ipsum peccatum; jam autem pecca-  
tum hominis peccatoris non est majoris mali-  
tia, quam peccatum hominis justi; immo po-  
tius vice versa. Ergo veniale in homine pec-  
cator non debet gravius puniri; quam in ho-  
mine justo;

Planè, inquit aliquis, quādū homo pecca-  
tor est in hac vita, secūs quando est in inferno,  
non quasi ex damnatione peccatum veniale  
contrahat maiorem malitiam intensivam; unde  
etiam non punitur majori pœna quoad inten-  
sionem, sed quoniam ex statu damnationis con-  
trahit maiorem malitiam extensivam, seu quo-  
ad extensionem; nam secundum Conclusionem  
macula peccati venialis in inferno num-  
quam remittitur, sed permanet in eternum;  
hūi ergo miramur, si etiam pœna crescat quo-  
ad extensionem, & maneat in eternum?

Æternitas pœna (inquit Doctor Angelicus  
suprà) non respondet quantitatib[us] culpe sed irremis-  
sibilitati ipsius. Irremissibile autem esse, significat  
Ecclesiast., ubi cantat: In inferno nulla est redem-  
ptio. Est autem redempcio, si culpa ibi remit-  
teretur, immo tamest sola pœna finiretur. Et  
Conclusione præcedenti ostensum fuit, pecca-  
tum veniale non remitti, existenti in peccato  
mortali, hoc non remitto. Constat autem pec-  
catum mortale in inferno non remitti.

His accedit, quod Doctor Subtilis, æter-  
nitas pœna, debita peccato mortali in in-  
ferno, refundat in æternam permanentiam  
culpe, 4. dist. 46. q. 4. n. 20. ibi: Alius est  
modus dicendi, qui videtur esse Augustini 21. de Civit.  
c. 11. ubi videtur dicere, quod non requirit iustitia  
pœna infligi perpetuam, ad hoc ut si sufficiens cul-  
pa, sed ideo est perpetua, quia persona perpetua, &  
perpetuò manet in culpa. At enim: Quod est de  
ista civitate mortali, homines supplicio prima  
mortis, hoc est de illa civitate immortali, ho-  
mines supplicio secundæ mortis, auferre. Et  
paulo ante de peccatis quibusdam in ista civitate infli-  
ctis. Nonne, inquit, pro hujus vita modo, si-  
milia videntur pœnas æternas? Ideo quippe  
æterna esse non possunt, quia nec ipsa vita, quæ  
his plectitur, porrigitur in æternum. Vult di-  
cere, quod aliqua culpa talis est, que non mereor  
totalem exclusionem à civitate, & bac est temporalis.  
Respectu autem vita civilis aliquantam est, que me-  
retur totalem exclusionem ab illa vita civili, & illius  
intensio corrispondet culpe. Extensa autem accidit,  
scilicet quod sit finita, quia vita finita: sic in pro-  
posito, culpa mortalis mereor totalem exclusionem  
ab illa civitate superna; sed ideo præcisè perpetua est,  
quia vita cum culpa est perpetua.

Peccatum  
hominis  
peccatoris  
non est ma-  
joris mali-  
tia quam  
hominis  
justi.

230  
aeterna  
peccati ve-  
nialis in in-  
ferno num-  
quam re-  
mittitur.

D. Angel.

24.  
secundus pre-  
dictus  
pœna debili-  
te peccato  
mortali re-  
fundit in  
permanentiam  
culpe.

Probat au-  
toritate  
D. Aug.

25.  
§c. 5. Fal-  
genii s

Similiter loquitur 4. dist. 5. q. 6. in fine:  
Id eo; inquit, *pœna durat*, quia peccatum in eis du-  
rat; unde dicit (Fulgentius de Fide ad Petrum)  
Permanente in eis iniusta affectionis malo, perma-  
net in eis iusta retributionis damnatio. Ita legit  
Scotus.

Textus genuinus sic habet: *Pars itaque Ange-  
lorum*, que a suo Creatore Deo, quo solo bono beata  
fuit, voluntariâ prorsus aversione discessit, & aequitatis  
superioris iudicio, initium sua damnationis in ipsa  
aversione voluntaria inventi: ut non aliud efficeretur  
iam puniri, quam illius beatifici boni dilectione  
definiti: quia Deus in eterno sic totam precepit re-  
manere supplicio, ut etiam ignem ei eternum pra-  
pararet: in quo omnes illi pravaratores Angeli nec  
malâ posint umquam voluntate carere, nec pœna, sed  
permanente in eis iniusta aversionis malo, permanet  
etiam iusta retributionis eterna damnatio.

Ecco præcipuum argumentum pro senten-  
tia Doctoris Angelici, & Doctoris Seraphici,  
ad quod proinde oportet respondere, si forte  
alicui magis placeat opinio Doctoris Subtilis.

26.  
Respondeo itaque dupliciter; uno modo,  
quod peccatum veniale non sit iremissibile in  
inferno, ex hypothesi, Quod, sicut ait Scotus  
4. dist. 21. q. 1. n. 7. nihil aliud est culpa ve-  
nialis remissio, quam solutio pena temporalis debita  
pro ea. Indubie enim pena illa temporalis solu-  
ti potest in inferno, & quæ ac in purgatorio.  
Sicut ergo solutio pœna temporali in purgatorio  
pro isto veniali, ex hoc ipso culpa venialis  
remissa est, pari jure remissa erit, solutio illâ pœ-  
nâ temporali in inferno.

Quomodo intelligendum quod nulla fitre-  
demptio, non sit iremissibile in inferno  
etiam le-  
cundum aliquam sententiam  
non sit ire-  
missibile in  
inferno.

Si inferas: ergo in inferno est aliqua rede-  
mptio. Respondeo, ab ipso inferno, aut ab  
aliquo peccato, quod meretur infernum, aut  
ab illa pœna proprie infernali, id est, quæ de-  
bet perfolvi in inferno, nego Consequen-  
tiam. Et sic procul dubio debet intelligi ille  
communis cantus Ecclesiæ, *In inferno nulla est  
redempcio*; non autem de redemptione ab ali-  
quo peccato, quod non meretur infernum, vel  
ab aliqua pœna non infernali, id est, quæ alibi  
potest perfolvi, quâm in inferno.

27.  
Secunda te-  
sponsio.

Interim quia videntur Sancti distinguere inter  
remissionem culpa cuiuscumque, & pena, & maxi-  
mè inter remissionem culpa & solutionem pena debita  
illi culpa, ut ait Scotus suprà n. 8. & quia remis-  
sio culpa cuiuscumque, distincte à pena,  
seu à solutione pena debita illi culpa, vide-  
tur fieri gratis, divinâ misericordiâ propter  
Christum, ut patet ex Conclusione prece-  
denti, quâ misericordiâ damnati indigni mer-  
rito reputantur; hinc potest dici alio modo,  
quod permanente culpâ veniali in eternum,  
pœna debita pro illa culpa finitur; quia ni-  
mirum culpa venialis, etiam in eternum ma-  
nens, non meretur nisi pœnam temporalem;  
cum tamen peccatum mortale, etiam non man-  
nens in eternum, mercatur pœnam eternam.

Pater hoc; quia peccatum mortale non di-  
stinguuntur à peccato veniali, per eternam, vel Diuinam  
temporalem durationem, per eternam, vel  
temporalem pœnam de presenti inflictam; & resi-  
nam multa peccata mortalia in hoc seculo re-  
mittuntur tam quoad culpam, quam quoad  
pœnam eternam; sed in eo distinguuntur, quod  
peccatum mortale hoc ipso quo exsistit, eti per  
unicum instans, reddit hominem obnoxium  
pœnam eternam, si in peccato decedat; peccatum  
autem veniale, tametsi etiam in eternum du-  
ret, solùm reddit hominem obnoxium pœna  
temporalis. Alioquin quæ erit quoad hoc di-  
stinctio peccati mortalis, à peccato veniali in

inferno?

Quod unum, inquis, puniatur pœna eternâ  
nâ per se, aliud per accidens. Sed contra, quid si  
est peccatum puniri pœna eternâ per se, & si non  
quid puniri pœna eternâ per accidens? Puniri  
inquis, per accidens, est puniri, non ratione  
quantitatis culpa, sed ratione irremissibili-  
tatis; per se autem puniri pœna eternâ, est pu-  
niri ratione quantitatis culpa. Redit: ergo  
non ideo præcisè peccatum mortale puniri  
pœna eternâ, quia in eternum durat; nam  
hoc etiam competit peccato veniali, ut fateris;  
ergo independenter ab eterna duratione, pec-  
cam mortale dignum est pœna eternâ.

Proinde dum Scotus suprà dicit: *Ide pœna  
durat, quia peccatum in eis durat*: *Ide præcisè  
perpetua est, quia vita cum culpa est perpetua*; non sciri  
excludit quantitatem culpa, sed illâ suposita,  
affingat rationem, quare imprætentiarum pa-  
nia eterna inflatur, que non fusset inflata,  
si ante mortem peccatum quod culpam &  
pœnam fusset remisum, sicut poterat remitti,  
ut sensus illorum verborum sit: *Ide pœna in  
damnatis illorū verborum sit*: Ideo pœna in  
damnatis durat, quia peccatum, quod ex or-  
dinatione divina meretur pœnam eternam, in  
eis durat; *ideo præcisè pœna damnatorum  
perpetua est, quia vita cum culpa, quæ ex lege  
Dei meretur pœnam perpetuam, est perpetua*.  
Ergo pœna debita peccato veniali in infer-  
no durat, quia peccatum in eis durat; ne-  
Conseq.

Ratio disparitatis patet, quia peccatum ve-  
niale durans, ex lege Dei non meretur pœnam  
eternam, quemadmodum peccatum mortale  
durans. Vel affingetur aliqua lex, quâ Deus fa-  
citur peccatum veniale punire temporaliter in  
purgatorio, eternaliter autem in inferno.

Dices: dignitas pœna est passio insepar-  
abilis ab essentia peccati: ergo si peccatum perse-  
verat, etiam dignitas pœna ergo & ipsa pœna.  
Resp. I. est peritio principi; cùm enim se-  
piùs in moralibus maneat essentia sine passio.  
Prima lo-  
piùs, v. g. essentia Matrimonii sine jure ad co-  
pulam conjugalem, si dignitas ad ponam fo-  
lum est passio, unde constat tibi, esse passio-  
nem inseparabilem? Et quare non magis af-  
fertis, illam separari per solutionem pœnae  
con-

constituta, id est, poena temporalis, sicuti  
confitente, id est, poena temporalis, sicuti  
disponendo se meritorie de congruo, & hoc pro statu  
via, quem totum finem tali merito infrastructo per  
transit. Huc usque Scotus de hominibus damnatis.

Et verò si passio possit manere sine essentia;  
id est, si culpa possit remitti, & manere di-  
ginitas seu obligatio ad poenam temporalem,  
cur non potius, aut saltem aquae, possit ma-  
nere essentia sine passione, id est, remitti seu  
potius solvi poena, manente culpâ?

Sed est, maneat per totam eternitatem in  
illo peccato dignitas ad poenam; quidem non  
ad novam sed durante pro tota eternitate;  
sed tantummodo pro eo instanti, vel tempore,  
quo reus eam sustinuit. Sic haec propositio:  
Poenam currit in instanti A. semper enuntiat illum  
cursum quādū durat, etiam in instanti B.  
non tamen pro instanti B. sed pro instanti A.

Arguitur utrum: damnatus non tantum per-  
maneat in peccato veniali præterito, sed de  
novo complacat sibi in illo; adquod conti-  
nuo actualiter peccat; quidni igitur novat  
meretur poena?

Antequam respondeo ad hanc objectionem,  
scribo, quod scripsit Scotus 4. dist. 46. q. 4.  
n. 7. Prima quidem poena non est inflata, nec  
potius inflata (a Deo, ut causa positiva) cum  
sit formaliter culpa, sed est poena derelicta, sicut dicit  
Angustinus super Psalmum 5. v. 4. Cum puniat  
Deus peccatores, malum suum non infert, sed  
sui malis malos relinqit. Quod incoligo de illa  
prima poena, que est culpa derelicta, sive non re-  
mota, vel defertia peccatoris in tali culpa, & hoc;  
fuit actum est effe à Deo in articulo precedente (pa-  
ta ut causa negativâ, scilicet non remittente)  
se inflata ab ipso; inquit enim dereliquit, vel non  
remittit: sive quia voluntas voluntarie continuo male  
sibi, sive quia usque ad terminum vie permanet in  
peccato non patientia, quod tamen tempus erat sibi  
pratis taxatum ad patientem; sive tereti, qui  
pacavit in via, ab demerito sic dereliquerit.

Iulfum est quidem illum qui continuat malitiam,  
et malitia per alium non liberari; nec hoc solum, sed  
qui potius malitiam derelinguere, & adhuc habuit  
tempus præsum sibi taxatum, nec in tempore illo  
deringitur, sed perseverat in malo; iulfum est ut  
tempore illo elapsu deferaur illi malo. Tertiò etiam,  
de quo minus videatur, si quia per culpan suam se  
pacipit in impotentiem evadendi non solum à se,  
sed etiam à quocumque, nisi ab illo, quem tunc offen-  
dit, iuste potest deseriri in illa impotentiâ; sicut si quia  
se voluntarie prouceret in foveant, de qua non posset  
per se evadere, nec aliquo modo, nisi per adiutorium  
alium, quem contineat & offendat in proiciendo  
se, iufit potest in illa fovea dereliquerit.

Hac tria ad propositionem satis patent, quia &  
damnatus continuo est in aliquo malo velle, ut vide-  
tur probabiliter, & usque ad terminum vie permane-  
re imponens, & in via offendit labendo in peccato,  
de quo non potest evadere per se, nisi tantummodo

disponendo se meritorie de congruo, & hoc pro statu  
via, quem totum finem tali merito infrastructo per  
transit. Huc usque Scotus de hominibus damnatis.

Et quamvis 2. dist. 7. q. 1. n. 24. putet,  
primo, Angelos malos non habere necessarium  
ullum actum malum contrariè; quia possunt  
non apponere circumstantiam positive deformante actum. Secundo, non esse improba-  
bile, posse eos habere actum completere bo-  
num moraliter; quidem probable etiam ex-  
stimat, quod non exeat in actum hujus  
potentiae, propter vehementem malitiam.

Hoc, inquit, videtur probabile, quod actum bo-  
num ex genere potest habere, hoc est sicut in ibi, non  
deformando per circumstantias contrarias circum-  
stantias bone voluntoris; vel si habeat illum actum cir-  
cumstantiam quibusdam bonis, & coordinatum  
quibusdam malis, non tamē oportet, quod ille sit semper  
per malum. Mirum enim videtur, negare potentiam  
naturalē in naturā illa excellentē, ubi non appareat  
aliquid, proper quod sit neganda: probabile est  
tamen, quod secundum haec potentiam non exeat  
in actum, propter vehementem malitiam, secundum  
quam magis probabile est, quod agat, quam se-  
cundum potentiam naturalē: secundum quam  
poscent in actu aliquo modo oppositos.

Nunc ad objectionem dico, non constare de  
illa nova complacenta in peccato veniali præ-  
terito. Et dato, quod continuo complaceret  
sibi in peccatis venialibus præteritis (quod  
mortaliiter videtur impossibile, maximè si sint  
multa peccata; quoniam intellectus & volun-  
tas non potest in illis poenis ita ad illa atten-  
dere) numquid inde bene infertur: ergo con-  
tinuo meretur novam poenam? Nequaque;  
quippe solus viatoris est mereri, & demereri,  
ut in terminis docet Scotus 2. dist. 7. q. 1 n. 28.  
ubi sic ait:

Per idem ad illud de poena: quia sicut premium  
substantiale in primo instanti, in quo aliquis Angeli  
est beatus, est determinatum: nec ex tunc crescit, quia  
actus boni, qui sequuntur, non sunt meritorii, sicut in  
boni, ita etiam in Angelo damnato, in primo instanti  
sue damnationis determinatur ad certainam poenam, que  
non crescit intensivè; tunc tamen erunt mali actus  
eius, quos elicit, impuniti; sicut nec boni Angeli boni  
actus erunt irremunerati; illi quidem boni actus in  
eludantur in primo actu, quia procedunt ex perse-  
cione actus beatifici; sed quantum ad accidentia  
premium, quod possunt habere, quilibet actus est sibi  
premium; ita etiam illi mali actus, quos elicit dam-  
natus, includuntur in prima poena, sibi certitudina-  
liter determinata, & quilibet, sicut posset habere  
poenam accidentalem & propriam, habet ipsius pro  
pena: Jussisti Domine (inquit August., lib. Con-  
fess.) & ita est ut sit sibi poena omnis peccator  
(Textus genuinus: Iufisti & sic est, ut poena  
sua sibi sit omnis inordinatus animus lib. 1. Con-  
fess. c. 12.) Potissima enim & maxima poena est  
privatio maximi boni; qualis est formaliter in actu

33.  
Poenam ha-  
bere actum  
bonum ex  
Genes.

34.  
Non con-  
star quod  
damnatus  
continuo  
de novo  
complacat  
sibi in pec-  
catis venia-  
libus præ-  
teritis.

Poenam dam-  
nati non  
crescit, sicut  
ne gloria  
beatitudinis  
sive loquer-  
do.

Scimus.  
Nec tamen  
erunt mali  
actus impu-  
nit, nec  
boni irre-  
munerati,

Maxima  
poena est  
privatio ma-  
ximi boni.

malo, malitia culpa peccatorum avertente à Deo  
(loquitur de actu mortali) Crefit ergo pena  
eorum in infinitam extensivè, sicut & malitia, &  
neutrā intenſivè.

Et si obicias, quod secundum malum est actus de-  
meritorius; ergo correspondet sibi propria pena.  
Respondeo, et si concedi posse est culpa, non tamen  
proprie demeritoria; quia non elicunt à viatore,  
cuius solius est merer, & demereri, qui magis pro-  
priè potest dici esse actus damnatorius sive damnati:

sicut ex alia parte actus beati, licet sit acceptabilis  
Deo, non tamen proprie est meritorius, sed magis  
actus beatificus vel actus beati, vel ex beatitudine  
procedens. Hucusque Scotus.

Solius via-  
toris est me-  
reri & de-  
mereri,  
vnde dam-  
natus per  
complacen-  
tiam in pec-  
catis prae-  
dictis non  
meretur no-  
tia penam.

Estò itaque damnatus continuè peccet, non  
tantum mortaliter, sed etiam venialiter per  
complacentiam in peccatis venialibus præteri-  
tis; dico per hanc complacentiam non mere-  
ri novam aliquam penam, sed si ita velis,  
haec complacentia scipsum habet pro pena, &  
illa pena est aeterna, si peccatum est aeternum;  
verum de tali pena non loquitur Conclusio,  
sed de pena distincta ab ipso peccato; qua in  
primo instanti, in quo aliquis venialiter pec-  
cat in via, fuit determinata ad certum ali-  
quod tempus; adeoque crescere non potest,  
nequidem extensivè, per actus in statu damnationis;  
cum isti, quamvis mali, tamen non  
sint demeritorii.

Aliud est de pena peccati mortalis, qua  
quidem in primo instanti determinata fuit ad  
certam extensionem, & ideo quoad illam non  
crescit per peccata subsequentia in statu damnationis; numquam tamen determinata fuit  
ad certam extensionem, sed à primo instanti  
fuit aeterna, & ideo non mirum si crescat in  
infinitum extensivè, sicut & malitia.

Fatetur, in inferno nulla est satisfactio re-  
conciliativa, quā recipiat offendens in gra-  
tiam offensū; illa enim est actus misericordia in Deo, & specialis favor, quo damnatus est  
indignus; interim negare non possimus, satis-  
factionem vindicativam, ut sic loquar, seu  
melius satisfactionem secundum leges iustitiae  
in qua non intervenit ulla misericordia (qua  
subvenit indigentiae, excludens omne debitum  
eius, cui subvenitur) sed spectatur aequalitas  
rei ad rem, solutionis ad debitum; & haec  
iustitia potest servari in inferno, & defacto  
feratur, dum penas distribuantur secundum  
aequalitatem peccatorum; jam autem peccato-  
veniali solum est statuta ex lege Dei pena  
temporalis: illa ergo persoluta, satisfit iusti-  
tiae divine; adeoque debitum penam solvit  
secluso omni actu misericordiae.

Nec valet dicere, executio penæ displiceat  
damnato, & patitur contra suam voluntatem:  
ergo non satisfit iustitia divina. Negatur  
enim Conseq. Nonne legi humanæ, quā præ-  
cipitur abscessio manus pro furto, plenè satisfit  
per abscessionem, tametsi executio furi dispi-  
ceat, & fur adhuc sibi complacat infinito  
præterito? Ergo similiter facit fieri legi divinae,  
quā præcipitur pena ignis v. g. unius anni  
pro peccato veniali, v. g. mendacii, tametsi  
damnato dispiceat ejus executio, & adhuc  
sibi complacat in peccato præterito, pro quo  
patitur.

Enimvero fatissimum ordinatur, tum ad  
deterrendum reum, & alios à simili culpa, finan-  
tum ut dolore, quem toleramus, puniatur  
ejus iniquitas, & habeat tantum doloris, quantum  
habuit voluptatis, iuxta illud Apoc 18,  
v. 7. Quantum glorificari se, & in delicio sat, opere  
tantum date illi tormentum, & lacrimam. Ad hunc  
autem finem non requiritur voluntaria accep-  
tatio, ut patet; immo involuntaria magis vi-  
detur conducere; quidni ergo sufficiat ad fa-  
tissimationem? Nonne damnati fatissimuntur  
pro peccatis mortalibus, quantum divina ju-  
stitia decrevit, tametsi involuntari?

Dices: Deus potuit impossuisse penam tem-  
poralem cā conditio, quōd amicabiliter ac-  
ceptaretur; & videtur sic impossibile, quando-  
quidem dolores à Deo immischi in hac vita;  
si non tolerantur voluntariè, non sint satifi-  
cationes.

Respondeo; de ratione penæ aliquibus  
videtur esse, quod sit involuntaria; adeo ut  
propterea negent, unum pec-  
catum posse esse penam alterius. Et quam-  
vis secundum nos possit esse voluntaria, quin  
immo ad deletionem peccati regulariter de-  
beat pena vel punitio esse voluntaria, ut  
doctet Scotus 4. dist. 14. q. 1. n. 10, dicens;  
De re est ista Conclusio, quod ad deletionem peccati  
regulariter requiriuntur pena vel punitio voluntaria;  
interim Deus penam voluntariam impossui-  
te, & requirivisse ad fatissimationem pro pecca-  
to veniali, unde probatur?

Fatetur, in purgatorio animæ voluntariè fu-  
sistent illas penas, hoc tamen non convincit  
necessitatem, quasi alia non fatissimantur;  
sed hoc ideo fit, quia cum sint confirmate in  
gratia, nequeunt resistere iustitiae Dei vo-  
luntati, illas penas infingenti.

Quantum ad dolores à Deo immischi in  
hac vita, respondetur primò, quod illa non  
sunt pena peccatorum actualium, sed peccati  
originalis, quos Deus infligit, ut homo ab-  
flueat à peccatis actualibus, vel ob alias cau-  
sus. Secundò, illi dolores secundum se non  
sunt pena proportionata, cum non habeant  
proportionem cum peccatis infernaliibus; adeo-  
que nisi accedat aliqua supernaturalis accep-  
tatio, & ratione illius aliqua dignitas major,  
quam ex scipis habeant, non possunt esse la-  
tisfactio, aut fatissimatio.

Hinc Concilium Trident. sess. 14. c. 8.  
Neque securior illa via in Ecclesia Dei unquam exi-  
stimat fuit ad amovendam imminentem à Domino  
panam, quam ut haec Penitentia opera homines cum

In inferno  
nulla est fa-  
tisfactio re-  
conciliati-  
vita.

38.  
Objec-  
tio  
solutorum.

vera animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficiencia est, conformes efficiuntur. Quis autem dubitet, Christum Iesum amicabiliter acceptasse penas, sibi à Judæis inflictas?

Deinde c. 8. Dicit, tantam esse divine munificientia largitatem, ut non sollem panis sponte à nobis pro vindicando peccato suscepimus, aut Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo infligimus, & à nobis patienter toleramus, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valamus.

tigationis, ut suprà dixi de nomine redemp-  
tions. Putas enim, quòd damnatus ad perpet-  
uos carcera, & ducenta verbera sultinea-  
da, discretetur proprie accepere mitigationem  
penarum, ex eo quòd acceptis verberibus  
per sententiam decretis, ulterius non vapula-  
ret? Nemus sic locutior.

Dicitur etiam: *Contra omnes exortum datus es tu si-  
ficiens largitatem, ut non solus penis sponte à no-  
bus pro vindicando peccato suscepis; aut Sacerdotis  
arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod  
maximum amoris argumentum est, temporibus  
angustiæ à Deo inflatis, & à nobis patientes tolera-  
tis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satis-  
facte valeamus.*

Nullum igitur est inconveniens, quod sicuti accidentalis gloria Sanctorum augetur usque ad diem judicij, sic etiam quantum ad aliquid accidentale, pene inferni minuantur, non tantum usque ad diem judicij, sed etiam post diem judicij; immo nisi minuerentur, conserueret aliquem longe gravium in inferno minuantur.

Et contrarium errorem damnat can. 13. Si quis dixerit, pro peccatis, quod penam temporalem, minime Deo per Christi merita satisficer panis ad infinitum, & patienter toleratus, vel a Sacerdoti ministrato, sed neque sponte suscepitis, ut ieiunii, orationibus &c. anathema sit. Numquid aliquid simile docet de penis inferni, aut purgatoriis?

alterniliter puniri propter venialia, quam propter mortale; v. g. si habeat decem venialia, quae merentur peccatum temporalem ut decem, & unum mortale, quod meretur peccatum aeternum ut decem. Si enim plena illa temporalis non minueretur, sed fieret in damnatis aeterna, talis puniretur ob sua veritaria alterniliter ad centum, & ob mortale tantum ad decem; cum tamen venialia quantumvis multa, non possint in ratione demeriti, adeoque nec in ratione supplicii, adaequati uni mortali.

horio, quamdiu hic vivit, sit in statu merendi, quidni debeat satisfacere, saltem per voluntariam acceptationem? Post hanc vitam autem, cum jam sit extra statum merendi, sufficiat ipsius, ut patet in animabus existentibus in Purgatorio, quarum peccata non minuantur per voluntariam earum acceptationem, sed ulque ad novissimum quadrantem solvent prenam, debitam ex lege divina, nisi suffragii vivorum juventur.

Finio cum verbis Ecclesiastici cap. 34.v.23;  
Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit  
in oblationes iniquorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propriabitur peccatis. Confimiliter  
dico ego, peccas damnatorum non probat Altissimus, nec respicit in peccatis damnatorum;  
nec in multitudine ptenarum eorum propriabitur peccatis: id est, peccas damnatorum  
non probat Altissimus ad satisfactionem reconciliativam; secùs ad satisfactionem rigorosam,  
que est purus effectus legis vindicativa, &  
potius meretur nomen satisfactionis, quam  
satisfactionis. Hac ergo satisfactione relictâ in  
inferno ( à qua rios custodiare dignetur Altissimus ) amplectamus satisfactionem reconciliativam Deo per mortem Filii ejus.

Et quoniam juvari possunt, hinc orationes fiduciam, & alii suffragia pro hujusmodi animabus; pro damnatis autem nulla orationes, aut alia suffragia, quoniam his juvari non possunt, sed oportet ipsos satipisci, & solvere penam, ex lege Dei constitutam, usque ad novissimum quadrantem. Quà utique solutio exhibita, per se absque interventu alicuius gratiae, aut misericordiae, cessat pena, ut proinde solutio illa non mereatur nomen redemptionis, quod videretur sonare aliquem favorem indebitum. Et quamvis forte talis favor virtute meritorum Christi intervenerit in taxatione penae, equidem in solutione pena tanta nullam agnoscimus.

### CONCLUSIO III.

Ad deletionem peccati venialis  
extra Sacramentum , non re-  
quiritur contritio charitate per-  
fecta . Sufficit attritio super-  
naturalis ; immo quilibet ac-  
tus meritorius justi , in eum fi-  
nem relatus .

Si interas: ergo clamanti sunt capaces aliquis refrigeri & mitigationis peccarum. Respondeo ut prius, alius refrigerii & mitigationis ex aliqua gratia, sic ut aliquando mitis cum illis agatur, quam alioquin digni essent, nego Consequentiem; alius refrigerii & mitigationis, id est, cessationis tempora post satisfaktionem secundum rigorem publicitatis vindictivam, concedo totum; quamquam haec cessatio non mercatur nomen mi-

**H**æc videtur sententia Doctoris Subtilis 45.  
4. dist. 21. q. 1. n. 8. ibi: Potest dici alio  
modo, quod peccatum veniale in ista vita remitti  
Conclus. est  
Scoti.